



In fine huius libri propositis duobus capitibus virilibus; illorum figuracionem exquisitius et certius quam hactenus feci, docebo. hoc modo.

Principio quadratum constitues ut superiori libro precepimus hoc serviet obliquo capiti. Sed huius laterum spacia erunt unius partis septimae de altitudine totius imaginis. Poteris tamen et octavae partis facere omnibus similiter conservatis, quae de septima parte praecipientur. Atque ita notabis quadrati constituti latus rectum prius signo. a. posteriorius. b. Latus vero superius transversum. c. Inferius. d. Sum deinceps septimam illam partem quam diximus dividens in aequales partes. 8. id est numeros quos ut meminisisse debes hac nota innuimus ϵ . et numerum in decem portiones huius notae. \perp Atque his mensurationes partium in capite exequemur, primum perpendiculares designantes lineas isto pacto.

Ab. a. lineam perpendiculariter retroduces ϵ . o. \perp . 9. Ea esto. e. tangatque extremam pupillam et intimas nares. Postea pones lineam. f. ab. a. ϵ . 1. \perp . 8. Ea tanget extrema supercilia iuxta tempora. Sed oculi proximus angulus constituetur in medio e. f. Sum pones tertiam perpendicularem eaque esto. g. ab. a. retro. ϵ . 3. \perp . 5. Haec definit aurem iuxta tempora. At quarta quae sit. h. ab. g. retro posita. ϵ . 1. \perp . 0. extrema aurem describet. Post haec pones lineam quae sit. i. profus ab. b. ϵ . 7. \perp . 3. Juxta hanc insidet in ceruicem occiput. Sum. k. produces ab. b. ϵ . 0. \perp . 7. Haec tanget supra verticem et infra ceruicem iuxta transversam. d. Ac transversas parallelos quidem ita deinceps impones. Infra. c. ϵ . 2. \perp . 6. ponatur linea transversa. l. haec designabit radicem capilli supra frontem. Sum dividens. c. l. alia transversa. m. per medium. Eaque transibit iuxta perpendicularem. k. per verticem. postea dividens. l. d. duabus lineis. n. o. in tria aequalia spacia. Linea quidem. n. per supercilia curret et summam attinget aurem. Sed o. innum nasum inamque aurem. Postea dividens. o. d. linea. p. per medium. haec tanget summum mentum. Postea dividens. o. p. per medium linea. q. Ita superius labrum intra o. q. stabit. et inferius intra. q. p. transibitque linea. q. buccam mediam id est oris synarmonogen. Postea dividens. n. o. linea. r. per medium. Inque superius spacium totum oculum impones. Sum. r. o. dividens in septem spacia aequalia. et infima tria abscondes linea. s. Haec attinget ad summam narium eminentias. Sed ima auricula comprehendetur intra. s. o. Sum oblique duae lineae ducentur. una ex angulo qui clauditur linea perpendiculari. e. et transversa. c. in angulum perpendicularis. a. et transversae. o. Supra hanc frons deducetur intra transversas. l. n. Sed nasus infra. intra transversas. n. o. Altera obliqua descendet ab angulo lateris recti. a. et transversae. n. retro ad angulum perpendicularis. e. et transversae. d. hac definitur utrumque labrum itemque extremum mentum. Atque his confectis capitis forma deinceps exprimetur. Ita ut summum caput ad. h. perpendicularem et latus. c. rotundet. Occipitium autem intra transversas. l. n. ad latus. b. Colla autem declivis erit densitas id est ab occipitii et ceruicis commissura ad guttur. ϵ . 4. \perp . 5. Quae omnia diligentissime studuimus oculis in sequentibus exemplis subijcere. Sed fieri possit ut tale caput alicubi masculinum videatur quam latura sit propositae imaginis ratio. Poteris igitur facere minus hoc modo. Incipit in medio transversarum e. m. rotundetur iuxta perpendiculares. g. h. Et occipitium ad. k. in medio transversarum l. n. Sum iuxta occipitii commissuram curuabis ceruicem in linea. o. facta distantia ab latere. b. ϵ . 1. \perp . 8. Sum retro abduces ad latus. d. et perpendicularem. i. Velim utrans

D ij